



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1653.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

creatus, totus deinde fuit in promovendâ
Caſſorum, ſuorum populariû, converſione.

ANNUS 1653.

Menſe Majo die 31 eligitur Auguſtæ Vin-
delicorum in Romanorum Regem
ab Octovirûm Collegio Ferdinandus Un-
gariæ & Bohemiæ Rex, Ferdinandi Impe-
ratoris filius, inauguratus mox ſequenti
Julio Ratiſbonæ ingenti pompâ; deinde
Ferdinandus IV. ſed non diu appellatus.

In Campania Galliæ Cardinalis Maza-
rinus rem proſperè gerit contra hoſtes
Franciæ.

Cromvelius pace ubique per Inſulas Bri-
tannicas compoſita etiam Scotiæ & Hiber-
niæ Proteſtor renunciatus, ea in Parlamen-
to & regno authoritate & poteſtate armatâ
perfecit, quæ Reges Angliæ etiamnum fieri
poſſe deſperant.

Acerrimè hoc annò certatum ſæpius in
utroque mari à duabus formidandis classi-
bus Anglicâ & Batavâ, ſed dubio plerumq;
Marte & ancipiti victoria, magis tamen
converſa ad Anglos, quam Batavos. Unde
hi ab illis quaſi victi pacem turpiter poſtu-
larunt.

Hoc anno menſe Majo Innocentius X.

pro-

proscripsit 5 dogmata Jansenii Iprensis Episcopi tanquam aliena à fide, quæ tanto ambitu & sumptibus à quibusdam Doctoribus fuerant hæctenus propugnata.

Catholicorum numero, desertis sacris heterodoxis, accensita est Elisabetha Amelia Magdalena Landgravio Hasso-Darmstadiana, Philippi Wilhelmi Ducis Neoburgi, postea Electoris Palatini conjunx, Imperatoris, Regum Hispaniæ & Lusitaniæ Socrus, & non minùs copiosæ, quam augustæ posteritatis fœcunda parens.

ANNO 1654.

Morte præmaturâ ex pustulis abreptus ex humanis hoc anno fuit Romanorum, Ungarorum & Bohemorum Rex Ferdinandus IV. & regna terræ cum cælo permutavit, magno rei Christianæ luctu, cujus in gloriam & felicitatem adolescebat.

Eodem mense, dum Ludovicus XIV. in solenni inauguratione Rhemis diadema & sceptrum suscipit utrumque in Suecia coram senatu & proceribus deponit Christina Regina Sueciæ incredibili dolore & stupore subsiditorum, & in Carolum Gustavum Comitem Palatinum transfert, retentis duntaxat in sustentationem annuam ducentis